



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4 Vtrum dependeat ex lege æterna.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

De differentia autē
variorū bonitatis i
actibus aliarum virū,
nisi forte
per accidens, prout finis depēdet
ex fine, & volūtas ex uoluntate.

AD SECUNDVM dicēdū,
quod supposito quod uoluntas
sit boni, nulla circumstantia po-
test eam facere malam. Quod ergo
dicitur, quod aliquis uult ali-
quod bonum, quādo nō debet,
potest intelligi dupliciter. Vno
modo ita, quod ista circumstantia
referatur ad uolūtū: & sic uolū-
tas non est boni: quia uelle face-
re aliquid quando non debet sic
ri, non est uelle bonū. Alio mo-
do ita, quod referatur ad actum
uolendi: & sic impossibile est, q̄
aliquis uelit bonum quando nō
debet: quia semper homo debet
uelle bonum, nisi forte per acci-
dens, in quantum aliquis uolens
do hoc bonum, impeditur, ne
tunc uelit aliquid bonum debi-
tum: & tunc non incidit malum
ex eo, quod aliquis uult illud bo-
num, sed ex eo quod non uult
aliud bonum, & similiter dicen-
dum est de aliis circumstantiis.

AD TERTIVM dicēdū, quod
circūstātiarū ignorantia excusat
malitiā uoluntatis s̄m quod circū-
stāntia se tenent ex parte uolū-
ti, in quantum, scilicet ignorat cir-
cūstāntias actus, quem uult.

ARTICVLVS IIII.

*Vtrum bonitas uoluntatis dependeat
ex ratione.*

AD TERTIVM sic proceditur.

Videtur, quod bonitas uolū-
tatis non depēdeat à ratione. Prius enim non depē-
det à posteriori: sed bonum per prius pertinet ad
uoluntatem, quā ad rationem, ut ex supra dictis
patet: ergo bonū uoluntatis non dependet à rōne.

¶ 2^o Præ Philosophus dicit in 6. Ethicorū, q̄ boni-
tas intellectus practici, est uerum conforme appeti-
tui recto: appetitus autem rectus est uoluntas bona:
ergo bonitas rationis practica magis dependet à bo-
nitate uoluntatis, quā e conuerso.

¶ 3^o Præ. Mouens non dependet ab eo, quod moue-
tur, sed e conuerso: uoluntas autem mouet rationē
& alias uires, ut supra dictum est. * ergo bonitas uo-
luntatis non dependet à ratione.

SED CONTRA est, quod Hilarius dicit in deci-
mo de Trinitate. Immoderata est omnis susceptarū
uoluntatum pertinacia, ubi non rationi uoluntas
subiicitur: sed bonitas uoluntatis consistit in hoc,
quod non sit immoderata: ergo bonitas uolunta-
tis dependet ex hoc, quod sit subiecta rationi.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, * Bo-
nitas uoluntatis proprie ex obiecto dependet: obie-
ctum autem uoluntatis proponitur ei per rationē.
Nam bonum intellectum est obiectum uolunta-
tis proportionatum ei. bonum autem sensibile, uel
imaginarium, non est proportionatum uoluntati,
sed appetitui sensitiuo: quia uoluntas potest tēdere
in bonum uniuersale, quod ratio apprehendit. Ap-

petitus autem sensitiuus non tendit nisi in bonum
particulare, quod apprehendit uis sensitua: & ideo
bonitas uoluntatis dependet à ratione eo modo,
quo dependet ab obiecto.

AD PRIMVM ergo dicēdū, q̄ bonum sub rōne
boni, id est appetibilis, per prius pertinet ad uolūta-
tē, quā ad rōnem: sed tñ per prius pertinet ad rō-
nē sub rōne ueri, quā ad uoluntatem sub ratione
appetibilis: quia appetitus uoluntatis non potest
esse de bono, nisi prius à ratione apprehendatur.

AD SECUNDVM dicēdū, quod Philos. * ibi loquit̄
de intellectu practico, secundū qd̄ est consiliatiuus,
& ratiocinatiuus eorū, quæ sunt ad finem: sic enim
perficitur per prudentiā. In his autem quæ sunt ad
finē, rectitudo rationis consistit in cōformitate ad
appetitū finis debiti: sed tamen, & ipse appetitus fi-
nis debiti præsupponit rectam apprehensionem de
fine, quæ est per rationem.

AD TERTIVM dicēdū, quod uolūtas quodāmo-
do mouet rōnem: & ratio alio modo mouet uolū-
tatem, ex parte scilicet obiecti, ut supra dictum est. *

ARTICVLVS IIII.

Vtrum bonitas uoluntatis dependeat ex lege æterna.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod bo-
nitas uoluntatis humanæ nō depēdeat à lege æ-
terna. Vnī. n. una ē regula & mēsurā: sed regula hu-
manæ uolūtatis, ex qua eius bonitas depēdet, ē rō re-
cta: ergo nō depēdet bonitas uolūtatis à lege æterna.
¶ 2^o Præ. Mensura est homogenea mēsurato, ut dī
1^o. Metaph. sed lex æterna non est homogenea uo-
lūtati humanæ: ergo lex æterna nō potest esse mēsu-
ra uolūtatis humanæ, ut ab eo bonitas ei⁹ depēdeat.
¶ 3^o Præ. Mēsurā debet esse certissima: sed lex æterna
est nobis ignota: ergo nō pōt esse mēsurā uolūtatis mē-
sura, ut ab ea bonitas uoluntatis nostræ dependeat.

SED CONTRA est, quod Aug. * dicit 22. lib. contra
Faustum, quod Peccatum est factum, dictum, uel
concupitū aliquid contra æternā legem: sed malitia
uolūtatis est radix peccati: ergo cū malitia bonitati
opponat, bonitas uolūtatis dependet à lege æterna.

RESPON. Dicēdū, quod in omnibus causis ordi-
natis, effectus plus depēdet à causa prima, quā à cau-
sa secunda: quia causa secunda nō agit, nisi in uirtute
primæ causæ. Quod autem rō humana sit regula uo-
lūtatis humanæ, ex qua eius bonitas mēsuretur, ha-
bet ex lege æterna, q̄ est ratio diuina. Vnde in psal. 4.
dicitur, Multi dicunt. Quis ostendit nobis bona? Si-
gnatū est super nos lumen uultus tui, domine. qua
si diceret, Lumen rōnis, quod in nobis est, intantū
potest nobis ostendere bona, & nostrā uoluntatem
regulare, in quantum est lumen uultus tui, i. a uultu
tuo deriuatum. Vnde manifestum est, quod multo
magis dependet bonitas uolūtatis humanæ à lege
æterna, quā à ratione humana: & ubi deficit huma-
na ratio, oportet ad rationem æternam recurrere.

AD PRIMVM ergo dicēdū, quod unius rei nō
sunt plures mēsuræ proximæ, possunt tamen esse
plures mēsuræ, quarum una sub alia ordinetur.

AD SECUNDVM dicendum, quod mēsurā proxi-
ma est^d homogenea mēsurato, non autem mē-
surā remota.

AD TERTIVM dicēdū, quod licet lex æterna sit
nobis ignota, secundū quod est in mēte diuina, in-
notescit tñ nobis aliquāter, uel per rationem na-
turalem quæ ab ea deriuatur ut propria eius imago,
uel per aliqualem reuelationem superadditam.

ARTI-

Inf. q. 21. ar.
1. cor.
Super
q. 9. art. 11.
6. c. 11. 2. r. 5.
q. 9. art. 1.
* In princ.
p. 1. lib. 1.
art. 1. & 2.

Inf. q. 21. ar.
1. cor.
1. cor. 4. 10. 3.
c. 27. in prin-
cipio. 10. 6.

¶ Super Questionem decimam Articulum quintum & sextum.

ARTICULVS. V.

Vtrum uoluntas discordans a ratione errante sit mala.

F bona, sint prohibita, erit ratio, uel conscientia errans. Et similiter, si ratio, uel conscientia dicat alicui, quod id quod est secundum se indifferens, ut leuare festucam de terra, sit prohibitum, uel preceptum, erit ratio, uel conscientia errans. Dicunt ergo, quod ratio, uel conscientia errans circa indifferentia siue precipiendo, siue prohibendo, obligat, ita quod uoluntas discordans a tali ratione errante, erit mala, & peccatum: sed ratio, uel conscientia errans precipiendo ea, quae sunt per se mala, uel prohibendo ea, quae sunt per se bona, & necessaria ad salutem, non obligat: unde in talibus uoluntas discordans a ratione, uel conscientia errante, non est mala. Sed hoc irrationabiliter dicitur. In indifferentibus enim uoluntas discordans a ratione, uel conscientia errante, est mala aliquo modo propter obiectum, a quo bonitas, uel malitia uoluntatis dependet: non autem propter obiectum secundum sui naturam, sed secundum quod per accidens a ratione apprehenditur ut malum, ad faciendum, uel ad uitandum. Et quia obiectum uoluntatis est id, quod proponitur a ratione, ut dictum est, ex quo aliquid proponitur a ratione ut malum, uoluntas, dum in illud fertur, accipit rationem mali: hoc autem contingit non solum in indifferentibus, sed etiam in per se bonis, uel malis. Non solum enim id, quod est indifferens, potest accipere rationem boni, uel mali per accidens, sed etiam id, quod est bonum, potest accipere rationem mali, uel illud, quod est malum, rationem boni, propter apprehensionem rationis: puta, abstinere a fornicatione, bonum quoddam est: tamen in hoc bonum non fertur uoluntas, nisi secundum quod a ratione proponitur. Si ergo proponatur ut malum a ratione errante, fertur in hoc sub ratione mali, unde uoluntas erit mala, quia uult malum, non quidem id quod est malum per se, sed id quod est malum per accidens, propter apprehensionem rationis. Et similiter credere in Christo, est per se bonum, & necessarium ad salutem: sed uoluntas non fertur in hoc, nisi secundum quod a ratione proponitur. Unde, si a ratione proponatur ut malum, uoluntas fertur in hoc ut malum, non quia illud sit malum in se, sed quia est malum per accidens ex apprehensione rationis. Et ideo Philosophus dicit in 7. Eth. quod, per se loquendo, incontinentes est, qui non sequitur rationem rectam, per accidens autem, qui non sequitur etiam rationem falsam. Unde dicendum, quod simpliciter omnis uoluntas discordans a ratione siue recta, siue errante, semper est mala.

Ad primum ergo dicendum, quod iudicium rationis errantis licet non deriuetur a Deo, tamen ratio errans, iudicium suum proponit ut verum, & per consequens ut a Deo deriuatum, a quo est omnis ueritas. **A**d secundum dicendum, quod uerbum Augustinus habet locum, quando cognoscitur quod inferior potestatis precipit aliquid contra preceptum superioris potestatis. Sed si aliquis crederet, quod preceptum Proconsulis, esset preceptum Imperatoris, contemnendo preceptum Proconsulis, contemneret preceptum Imperatoris. Et similiter, si aliquis homo cognosceret, quod ratio humana diceret alicui contra preceptum Dei, non teneretur rationem sequi: sed tunc ratio non totaliter esset errans: sed quando ratio errans proponit aliquid ut preceptum Dei, tunc idem est contemnere dictamen rationis, & Dei preceptum. **A**d tertium dicendum, quod ratio, quando apprehendit aliquid ut malum, semper apprehendit illud sub aliqua

Circa materiam quinti & sexti articuli, omisso tertio, & quarto, aduerte cofessor, quod de positio erronea rationis fit non solum per oppositam rationem, aut ueritatis cognitionem, sed etiam per exclusionem ad applicationem ad opus, uerbi gratia, Mulier audiens a predicatore, quod uerbi alienis capillis est peccatum mortale, quod est similitudo, concipiesq; ex ratione audita, & auctoritate predicatoris, talem usum esse peccatum mortale: & ex alia parte uellet uti huiusmodi capillis: & inde ratione, hinc appetitu mouente, nescit soluere motiua rationis erroneae contrariae appetitui suo: tunc putans absque solutione rationis id sibi licere, utit talibus capillis. In hoc, & similibus, non est proprie loquedo, uoluntas discordans a ratione errante: quia non fit contra conscientiam. Et ratio est, quia licet maneat ratio errans in se, non manet tamen applicata ad hoc uelle, nec actualiter, nec uirtualiter, sed deponit applicationem illam: ac per hoc erronea conscientia, quae in applicatione consistit. Licet autem hoc abique ulla alia ratione fit, etiam si ex impetu uel libito fiat: quia ratio erronea non habet in se uel liget, sed quatenus acceptat. Unde ex quacumque causa non acceptat uel in se, uel in applicatione, non ligat.

9. di. 90. q. 3. ar. 2. cor. & ar. 3. per to. & 4. dist. 9. ar. 3. q. 2. ad 2. Et uerbi. q. 27. ar. 4. Et mal. q. 3. ar. 9. ad 8. Et quod. 3. arti. 27. & quod. 8. art. 13. & 15. & quod. 9. ar. 15. cor. & Rom. 14. le. 2. & le. 3. fin. Et Gal. 5. art. 2. p. 2. In fin. 6. de uerb. Domini medio 202. 10.

¶ 79. art. 13.

¶ P. P. q. 79. ar. 13.

RESPON. Dicendum, quod cum conscientia sit quodammodo dictamen rationis, est enim quaedam applicatio scientiae ad actum, ut in primo dictum est: idem est querere, Vtrum uoluntas discordans a ratione errante sit mala, quod querere, Vtrum conscientia errans obliget.

Circa quod aliqui distinxerunt tria genera actuum. Quidam enim sunt boni ex genere: quidam sunt indifferentes: quidam sunt mali ex genere. Dicunt ergo, quod si ratio, uel conscientia dicat aliquid esse faciendum quod sit bonum ex suo genere, non est ibi error. Similiter, si dicat aliquid non esse faciendum, quod est malum ex suo genere: eadem. n. ratione precipiuntur bona, qua prohibentur mala. Sed si ratio, uel conscientia dicat alicui, quod illa quae sunt secundum se mala, homo teneatur facere ex precepto: uel quod illa quae sunt secundum se